



DISSERTATIO INAUGURALIS,
IVRIDICA,

DE QVAESTIONE:

AN ET QVATENVS IVRA
CONIVGVM, MOTO CONCVRSV
CREDITORVM, MVTVR?
1760/4.

QVAM,

DEO T. O. M. CLEMENTISSIME ANNVENTE:

EX DECRETO AMPLISSIMI ICTORVM ORDINIS,
IN ACADEMIA PATRIA,
PRAESIDE,

DN. D. ERN. IO. FRIED.

Mantzel

DVICALI CONSILIARIO ET PAND. PROF. ORD. TOTIVS ACAB.
ET FACVLT. IVRID. SENIORE ATQVE AD
H. A. DECANO,

ANNO MDCCLX. D. XIII. MAJI,

H. L. Q. C.

PRO IMPETRANDIS SVMMIS IN
IVRE HONORIBVS,

DEFENDET

IOACH. HEINR. CHRISTIAN.
KRVGER,

GVSTROV. MEGAPOLIT.

SVPERIOR. MECKLENB. IVDIC. PROVINC. ADVOCATVS
ORDIN.

ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS,



DISSECTATIO INAVGURATORIA

PHYSICA

DE RESISTENTIA

AN ET QUANTUM

CONVULSIO

IN ANIMANTIBUS

PRO T. D. M. CLEMENSIS

EX DECRETO SACR. SACR. THEOLOG. FACULT.

IN ANNO DOMINI 1774

MD. D. FR. M. JO. FRIED.

PROFESSOR

PHYSICAE

PRO IMPRIMENDIS

IN

JOHANN. NEUBERGERI

LIBRARI

IN

ROSTOCK

LIBRARIIS

1774





IN NOMINE DOMINI,

INGRESSVS.



Posteaquam mea studia academi-
ca, eatenus absoluta, duxerunt
ad limina Tribunalium, ex pu-
blica lege, adeunda erat quædam Facultas Juri-
dica, quo examinerer atque cathedram Docto-
ralem haberem apertam, Elegi Collegium

A 2

Am-

Amplissimum in Academia patria. Decrevit illud mihi, post examen consuetum, in confesso, honores in utroque jure summos & fuit in decreto simul clausula, de disputatione inaugurali. Quo igitur eam exhiberem, animum dividi nunc huc, nunc illuc, quo post sylvas scriptorum juridicorum, inter tot mihi se offerentia themata, mentem figerem in tale, quod practicum, quod B.L. haud plane ingratum. Substitit meditatio in quaestione: *An & quatenus jura conjugum, moto concursu creditorum, mutantur.* Accipiat elaborationem benevolentia bonorum & quæ non placent, dissentiendo corrigat, quæ deficiunt suppleat. Deus autem clementissime mihi, per omnem vitam, assistat.

T R A-



TRACTATIO.

§. I.



Conjugium est unius maris & unius feminae legitima conjunctio, in *individuum vitae consuetudinem*. Quot voces tot pondera. Omnes aliae non sunt ex hac vice enucleandis; solae ultimae veniunt graviter considerandae. Obveniunt illae in summa ceremoniae benedictionis sacerdotalis, a cujus momento incipiunt plena jura conjugium, salvis dissensibus, qua communicationem bonorum, de quibus hoc loco differere foret evitanda digressio. Terte concepta sunt verba, inter ritus hierologiae substantialia, in *Ord. Eccl. Meckl. p. 250. b.* Praecedunt, comitantur & sequuntur eam substantiam varia in verbis & symbolis, quae merentur probe attendi, quoniam sunt bene projecta atque introducta, & sunt principia, ex quibus fiunt conclusiones. Tribus: sponsus fit maritus: sponsa fit uxor. Antea efferebantur per *Braut und Bräutigam*; iam vocantur *Mann und Frau*, stansque,



inter laudabiles & merito retinendos parastatas, ad dextram sponsa, transit ad sinistram, postquam precatio facta: **Herr Gott! der du Mann und Weib** *κ. τ. λ.*

§. II.

Salva sunt omnia regulariter ad mortem usque alterutrius. Regulariter inquam, quia emergunt interdum turbationes conjugiorum, imo totalia divortia. Objectum posterius tractatum est ab aliis quam largiter atque creberrime. Sufficeret orbi, post tot alios, solus totius Germaniæ Præceptor, B. SAM, STRYKIVS, per nostri ævi labores, inter quos non prætervidenda *diff. de divortio, ob insidias vitæ structas, hab. Hal. 1702.* quippe quæ continet summarum summam,

§. III.

Ad nostrum scopum trahimus quæstionem: *An & quatenus mutantur jura conjugum, moto creditorum concursu?* Progrediemur caute atque distincte. *Sponsa habetur pro uxore*, est inter cantilenas juridicas fragiles & lubricas itaque comparatas, ut exceptiones plane devorent regulas. Liceat ad nostros circulos verere quæstionem, *de repudio ob errorem in bonis fortuna.* Exhauit eandem B. *Antecessor Patrius, CARMONIVS, disp. hab. Rost. 1733. speciatim Cap. 3. in cujus §. 14. variæ fiunt distinctiones. e. gr. inter culpam & casum; inter condiciones personarum, inter jacturam omnium & quorundam bonorum & tandem ita absolvitur: Si sponsus ad paupertatem redactus, vix ac ne vix quidem sibi panem quotidianum lucrari valeat & sua arte egestati succurrere nequeat, sponsa cogi non potest, ut se suamque fortunam in apertissimam conjiciat arumnam, quæ non prævideri, adhuc*



adhuc tamen præcaveri potest, ut loquitur BOEHM. I. E. P. Lib. 4. tit. 1. §. 177. qui hoc casu multum committit prudentis judicis arbitrio, ut omnes circumstantias circumspecte in consilium vocet & secundum has sententiam ferat. Conf. MEV, P. 3. dec. 382.

§. IV.

Maecte! sit arbitraria quæstio judicum, qui tamen ad faciendum, nec in hoc passu, quemdam absolute cogere possunt, prouti & punire ex officio & in satisfactionem privatam condemnare, cum grano salis est tractandum. Cogitetur de verbis sententiarum: *wegen der Leichtsinigkeit*. Hem! omnia habet, qui illud vitium recte definit. Sponsum sponfamque in casibus allegati erroris in bonis fortunæ, eodem metimur modulo & non placet nobis distinctio Carmoniana, facta §. 15. verbis: *Aliter tamen erit sentiendum, si sponsa casu omnia bona amiserit*. Conciliamur tamen aliquadantenus per limitationes adjectas, de statu sponsi, de certa quantitate dotis, expressæ promissæ, de indotato conjugio, sine dote haud commode ineundo. Philosophia sequens, in verbis: *cum non desint argumenta, satius esse virginem (cur non & viduam?) pauperem, quam locupletem in matrimonium ducere*, non est ad hominem & ad judicem plane non,

§. V.

Stat sententia, de arbitrio judicis, unico fundamento, suppositis semper ignorantia & erroris characteribus. Emergunt soepe casus, in quibus, pendentibus ad nuptias usque sponsalibus, ea, quæ aliàs non erant adeo in ore vulgi, ex variis affectibus, in illud spargunrur. *Alle Freyer reich*, est in dictorio; nec sine virtute est illud:
wer



wer gelobet seyn will, der sterbe; wer getadelt seyn will, der verlobe sich. Addatur & illud: der Teufel ist nie geschäftiger, als zwischen der Zeit, der Verlöbniß und Hochzeit. Unde & LVTHERI, MÜLLERI & omnium gravium virum consilium eo tendit, ut evitentur longa temporis interstitia. Solide deliberandum, quid statuum dum semel, idque ab utroque latere; consensu autem dato, absint moræ. Nimia festinatio coecos parit catulos; Cunctatio parit abortus alios. Exemplorum datur seges, etiam in curiis, quæ matrimonialia tractant. Plura, credimus, dantur conjugia infelicia, quam felicia. De nonnullis priorum loquuntur protocolla, de pluribus constat ex fama. Experientiam propriam arceat pietas & gratia divina. *Legatur tersus Tractatus, jam nominati Mülleri, Theol. Rost. von ungerathenen Ehen.*

§. VI.

B. Du. de LEYSER, medit. specimen 296. destinavit rubro: de Sponsalibus, ob errorem, vel dolum circa bona fortuna, dissolvendis. Qui perlegit numeros, habet pragmatica, non autem juret in JCtum, ob auctoritatem, quia a Leysero dissentire & præter illum sapere licet. Novimus exempla, da (detur venia vernaculæ, die Gerüchte, der oder der Vater wolle seiner verlobten Tochter und derselben Bräutigam, so und so viel zum Braut schaz und Aussteuer geben, haben interventiones derer Creditorum verursacht und würekliche concursus veranlasset Sane in illis, ob concurrentem etiam dolum, ultra persuasiones, non erit procedendum. Idem, si & tempore moræ pater sponsæ, vel sponsus ipse, imo possibiliter sponsa in laqueos protopraxiæ inciderint. Præmo-



monemus, moti concursus veri terminum non esse captandum; sed omnia nostra valere etiam de casibus, quando sufficientiam bonorum, sed ad æquilibrium usque tantum, demonstraverit pars obærata.

§. VII.

Exposuimus casum, ad rubrum nostrum, paulo latius accepta notione conjugum, omnino referendum. Leges desuper ita scribi nequeunt, ut omnes casus comprehenderent, *l. 10. ff. de LL.* hinc Viris rerum intelligentibus & pie atque prudenter, remota omni superstitione sentientibus, opus est. *Conf. l. 2. §. 5. 13. ff. de O. 7.* Jus Hamburgense, quod, in rubro & capite 4. nigri, respicit citata diff. Carmoniana, *P. II. tit. XI. art. 7.* incidit in hujus farinae historiam & sapienter ponit generales assertiones sequentes: Wann einer, mit einer Jungfrauen, oder Wittwen, sich ehelich eingelassen, die er vermeynet reich zu seyn, und daran Mangel versühret; so kan, in diesem Fall, nach gehaltener Hochzeit, die Trennung keine Statt haben, sondern er muß dieselbe die er hat genommen, behalten; aber, vor der ehelichen Copulation und Beylager (quid si igitur emergeret inter pocula diei nuptialis?) kan die Verlöbniß getrennet werden. Quod hic textus comprehendat etiam eine, die einen *ic.* nemo dubitabit. Exegetin ejusdem legat ipse B. L. cui ad manus est illa disputatio.

§. VIII.

Jura consummati conjugii fortiora esse, quam consummandi, constat omnibus in genere. Specialia autem multa veniunt rimanda. Plurima habet, qui volvit *Gen. Du. de BALTHASAR, diff. de vi matrimonii*

B

legi-



legitime contracti, hab. Gryph. 1745. Non possunt non de illa vi matrimonii meditates aciem ingenii vertere in casus matrimoniorum turbatorum. Veniunt illi discernendi in eos, qui vinculum & illos qui accessoria concernunt. De posterioribus successive: Qua priores, quis verat quærere: *An moto concursu, in bonis maritalibus, (alter est rarior & non plane similis) uxor queat provocare ad totale divortium?* Lydius requiritur lapis, & ne implicemur, ad devia usque, plane non placet percurrere Jus naturæ & gentium: Jus Judæorum, Jus Pontificium & alia sæpe allotria. Datur bibliotheca & nubes scriptorum, de jure matrimoniali, speciatim qua divortia. Evolvimus illorum sane multos, sed nullus, etiam eorum, qui, qua divortiorum causas, sunt liberaliores, tersè incidit in hanc spinosam quæstionem. Quid igitur nobis audendum? Variis distinctionibus esse opus, putamus. Hinc cogitandum de nullitate matrimonii, ob dolum & errorem impetranda: de culpa mariti concursificis: de uxore, quæ vel nesciens, vel sciens duxit obæratum; pariter ac de ea, quæ in decoquendo prompta fuit focia.

§. IX.

Cogitandum erit porro, de poenis debitorum infamantibus & perpetuis, juxta Legum, quas passim appellant *die Falliten-Ordnungen*, rigores. Paginae nostræ tantum patiuntur remittere ad alios, inter quos esto B. MENCKEN, *qua progr. ex anno 1731, ad disp. sub. B. LEYSERO hab. de gestis, per debitorem obæratum, tam ratis, quam irritis.* Habet illud venustissima allegata Legum & Autorum, quarum priores inter sunt



sunt tales, quæ omnino promovent totale divortium, Placet excerpere Mandatum Civitatum Hanseaticarum, qua verba: wird die Schand-Glocke über sie geläutet und sie, mit Aufstellung an den Pranger, ewig verwiesen: auch nach vermerckten Umständen, als Diebe &c. Conf. STRYK, Tr. consummatissimus, de diss. sponsal. etc. sect. 6. de malitiosa desertione, a p. 240. & ante 201. de dolo. Argumentum, a perpetuitate poenæ, e. gr. incarcerationis ad dies vitæ etc. arduum sane est & vincens omnem a sanctitate conjugii philosophiam. Ex materia obstagii, des Einlagerers, huc nihil trahi posse patet ex genuino conceptu. De Mecklenburgico carcere, dem Schuld-Thurm, leg. I. M. ill. Cent. 5. n. 38. & 45. ubi collisiones Jctorum Rostoch. Lindemanni & Redekeri, add. diss. inaug. Dn. Consil. DVVEN. De injacentia loquuntur veteres chartæ. Evolv. etiam diss. Crelliana, de filia ad patrem reversa, quæ quidem viduam in rubro tantum habet, sed per argumenta infervit.

§. X.

Absolvimus hoc problema assertionem sequenti: *Est casus dabilis, impetrandi, (ergo volens requiritur conjux) divortium totale, ob motum concursum.* Argumenta adminiculantia fluunt, a) ex genuina interpretatione vocis Christi *πορνεία*; jam autem ein grosser Dieb, oder Betrieger der nicht eben proprie gehandelt wird, ist auch, weil er doch zum Schelm geworden und dem keine beneficium cessionis bonorum zugönnen gewesen, ein schändlich Ding. Jam audiatur B. Lutherus in exegefi præcepti sexti: und sein Gemahl lieb haben und ehren. Ergo, der in grosse Schande sich gestürzet, hat die Ehe gebro-



gebrochen; non enim sub caractere pacti, von Leyd tragen, continentur grobe Schelm-Stücke. Exaggeravit hunc commentarium; Du. PRAESES in *disp. de limitibus justitiae, æqu. juris aggrat. & arbitrii jud. quæ est Kedingiana inaug. ex 1738.* Placet sequentem decerpere passum, §. 17. *Mirabilis est philosophia, quod ex voce Ehebruch eruat una species; violationis fidei conjugalis, quippe consistens, in faciendo alii corporis copiam. Certe das Brechen der Ehe in pluribus consistit, & rel.*

§. XI.

Dilectissimus alias LEYSERVS, liberrime cæteroque sentiens, noluit placere *spec. 315*, qua verba: *Quæ poena maxime quidem atrox & cum summa infamia conjuncta, sed quæ tamen effectus matrimonii non tollit, (quid hoc?) infligitur, divortium vix (quid hic vel hoc vix) locum inveniet. Nequeo igitur probare responsum, quo Fcti Giessenses anno 1706. uxori permiserunt divortium, ob calamitatem mariti militis, qui aurium abscissione & patibuli stigmate fronti inusto fuerat multatus. Quæ nondum possunt Consistoria, possunt Principes, ex plenitudine potestatis. Quæstio, an conjux conjugem relegatum sequi teneatur, est purificanda magis. Laudatur hinc merito Ord. Eccl. Brunsv. ad c. 2. §. 22. f. de 1709, quæ relegationem perpetuam inter legitimas divortii causas retulit. Vid. pragmaticissimus labor BALTHASAR, in *diff. alleg.**

§. XII.

Juvat excerpere passum vehementer placentem: *Negari nequit, quandoque in foris, circumstantia rei ferente*



rente, uxores non solum ab obligatione ad sequendum maritum relegatum, vel fustigatum, absolvi, sed & divor- tium totale statui. Id quod ante aliquot annos factum memini, in causa Mariae Beezen, contra maritum Mi- chel Friderich. Recte! quæ enim difficilem Principi- bus (de Consistoriis non adeo scribam) faciunt causam sunt ex antiquatis merito principiis sacramentalitatis, de quibus B. STRYCKERUS, ex professo, largiter. Concinit B. KAYSERUS, in *diss. de Jure Principis, circa divor- tia*, C. 23. Vincit illa Menckenianam, s. t. sana doctri- na, de *Jure Principis circa divortia, una cum progr. Wernberiano*, quod veneni proprinationem ne quidem sufficere docet. *Conf. HANCKEL, de divortiiis J. N. neutiquam prohibitis. Item TRIER ad Legem evang. de divortiiis, p. 15. 23.* Extantiora sunt *Kayseriana, C. 3. §. 2. de temperamento*, inter nimiam licentiam & ni- miam restrictionem, ubi simul urfit characteres Juris Principis. Explicat §. 8. *πρῶτον*, causas graves requirit & recenset §§. 15. sq. est ipsi & inter illas exilium & rele- gatio perpetua, §. 18. Meretur maxime legi §. 28. ubi ad ipsorum Pontificiorum consensum provocat. Luthe- rus & Sarcerius scribunt contra opiniones supersticiosas. Prior in specie terse statuit, matrimonia non spectare ad causas rigorose exemptas. RICHTER, in *stbed. de Lu- theri sententiis, de matrimonio, publ. Lips. 1752.* excer- psit locum heroicum, ex libello, *von Ehe-Sachen*, item ex Colloqu. mens. quæ nunquam produisse vellemus, utut testentur, hoc loco de principiis. Placet repetere verba: *der Pfarherr zu N. hat mir eine Ehe-Sache zugeschi- cket; dem will ich eine gute Sau geben, daß er mich in solche Händel wickeln und mischen will.* Bona verba
B 3
quæ-



quasumus, venerande Pater! ne inde emergant conclusiones damnosæ. Aliter sensisset, si ad erectionem Consistoriorum usque vixisset & de Jure publico cogitasset. Verba *præf. Ord. Consist. Meckl.* quemlibet bonum ad se rapiunt. *Add. THOMAS, diss. de fund. def. caus. matrim. recept. insufficientia, Hale 1698.*

§. XIII.

Quod de Jure Romano, sive, inter creditores, dissectionio intelligenda crasse & physice, quod non statui-
mus; sive moraliter, de addictione in communem ser-
vitutem accipiatur, locus fuerit divortio, nullus dubi-
tabit, maxime quia & captivitas bellica, optimos viros in
servos commutans, uxoribus dedit licentiam, plane di-
vertendi. Omnia de ea dissectione habet, qui legit *7ll.*
Dn. JUGLERI, Lüneburgensis ornamentum, speciale scri-
ptum. Add. Menckenianum. progr. cit.

§. XIV.

Quod de Jure Lubecensi, maxime veteri, quod adju-
dicat decoctores creditoribus an *Hand und Helfter*, *vid.*
Jus Lubec. Libr. III. tit. 1. a. 1. idem sit tenendam, ro-
tunde asserimus. *Vid. diss. inaug. Dn. Consil. RICHTER-*
RI, hab. Rost. eodem hoc Præside, 1752. de concursu cre-
ditorum Juris univ. & Germ. §. 24. sect. I. & sect. II.
§. 25. ibid. §. 9. sqq. Ubi verba textus Lub. sunt excer-
pta, ex quibus ad præsentem scopum spectant sequentia:
nimmt er (creditor) die Person zu eigen an, mag er
denselben gefänglich einziehen lassen und halten als einen
Schuldgefangenen : : : soll ihn speisen als das Ge-
sünd : : : auch wol anlegen &c. *Meviana, alia, quæ*
largiter concessit Autor, quia diss. est adhuc in promptu,
repetere



repetere non vacat. Lubuit etiam tantum incidere in hos passus, ad probandum possibilitatem & æquiritatem divortii totalis, si maritus ita infametur & civiliter moriatur. Cessant enim omnes fines matrimonii: ergo. *Conf. b. BRUNQVELLI diff. von Schand-Gemähsden, & a Dn. Leyding, 1744. sub Dn. Præside hab. diff. ad art. quosdam der Hamb. Falliten-Ordnung, §. 3. sq. add. diff. Dn. HOFMANNI, de justitia poenæ capitalis, debitorum obratorum, hab. Jenæ 1726.*

§. XV.

Pergo, ad explicationem textuum nonnullorum, juris communis, qui solent in censum venire ad *titulum Pandectarum, soluto matrimonio dos quemadmodum petatur, collato tit. Cod. sub rubro in terminis.* Optime summam & analysin præbet B. SCHOEPPER, in *Synopsi*, verbis: *Constante matrimonio uxor dotem repetere non potest, l. 7. §. 4. C. de præscript. 30. vel 40. ann. nisi maritus vergat ad inopiam, l. 24. ff. sol. matr. ibique Brunnem. l. 29. C. de jure dot. que tamen marito, postea locupletiori facta, restituenda. Gail. L. 2. Obs. 85. Wiss. ad ff. V. i. D. 48. thes. 16. B. LEYSERVS, Spec. 317. inscripto: de uxore dotem repetente, notabilem fecit assertionem primam: Uxor maritum obratum, quamvis a nullo creditorum hæctenus conventum, de dote convenire & prima concursum excitare potest. Num. XI. facit exceptionem, de uxore expilante, quam non, nisi dato casu, pro re nata, decidere audemus.*

§. XVI.

Iam ad quæstionem quæ huic dissertationi, qua thema, dedit scribendi occasionem. Extat scriptum academicum



micum, B. Dn. Io. Salom. BRVNQVELLII, Ienæ, anno 1732. editum, de usufructu mariti, in rebus uxoris, moto, super illius bonis, concursu creditorum, cessante. Autor hujus scripti §. 16. quæstionem, utrum? vocat omnium vexatissimam atque pergit, materiam illam adeo esse intricatam, ut Ictorum Collegia soepe in diversas abierint sententias. Formatur, eodem loco, status controversiæ, verbis: *an, post motum concursum, super bonis mariti, ejusdem usufructus, in bonis uxoris cessat, ita, ut uxor, cum bonis marito illatis, plenum usumfructum recipiat? Creditores enim in concursu acerrime cum uxore disputare solent, & ex usufructu bonorum uxeriorum, marito competente, solutionem petunt, quando hujus bona non sufficiunt; uxor vero, licet ampliores redditus, ex suis bonis, quam ad suam & familiæ sustentationem percipiat, tamen nihil illis vult cedere, sed plenissimum usumfructum sibi reservare contendit.*

§. XVII.

Faciemus recensionem ejus dissertationis, in quantum ea ad rhombum & dissensum cum Dn. Autore testabimur. Quæstiones, de objectis utilibus creditorum, præmittit & de massa facienda disquirat. Non allegavit formulam quæ etiam est de inutilibus in genere, se obligandi: *alle meine jezige und zukünfrige Gütther* & videbitur in sequentibus, bonorum uxeriorum, quod nondum perceptum, nec eousque currentem usumfructum per quæstionem præjudicalem noluerit computari zu denen zu künfrigen Gütthern, sed sibi qua hoc accessorium matrimonii concepisse, salva alimentacione mariti, finitum esse de iure communi, matrimonium. Nos, ut anticipando memtem



mentem nostram exponamus, credimus, in ipsa jam excerpta status controversiæ formatione temperatam adesse decisionem. Tribus enim, uxori vindicamus beneficium competentiæ, id quod omnis debitor obætatus, post sententiam classificatoriam, in bonis noviter quaesitis, habet. Administrationem, per legem 24. ff. solut. matr. nulla habita distinctionis, unde concursus extiterit, ratione, tribuimus uxori: modicam competentiæ determinationem, die *Segung der* competenz a iudice expectamus & ea ratione totam controversiam definitam esse censemus. Omnia hæc nos invenisse putamus in excerpto §. 16, qua verba: *Uxor vero, licet ampliores redditus ex suis bonis, quam ad suam & familiæ (sub qua omnino illo casu in subsidium alimentandus continetur maritus) sustentationem opus est, percipiat, tamen nihil creditoribus ex iis vult cedere, sed plenissimum usumfructum sibi reservare contendit.*

§. XVIII.

Dn. Autor a §. 2. multus est, ex antiquo Romanorum tempore & ex veteri Iure Germ. Distinctionem, inter dotalia & paraphernalia bona, juris junioris Rom. esse probat: in posterioribus nullum competiisse usumfructum, ponit. Recte! Sed quid hodie, de usufructu mariti in bonis paraphernalibus, de quo largiter in bibliotheca juridica? receptitia plane non moramur, quia sunt novioris adhuc inventionis & in jure neutro palpabilia, vid. BERGERI *diff. edecumata de discrimine bonorum uxorum*, cujus Respondens Autor, magnus postea Leyserus, dedit augmenta successiva: ut plurimum non dubitatur; eadem erit fabula, donec ab administratione cessante &

C

diverso



diverso jure maritorum in dotalia & paraphernalia venerit aliquid stabiliendum. Sequentia Autoris, de communione bonorum conjugali & de tutela fructuaria mariti, sunt concepta, in quibus exponendis optimos allegat textus & Doctores, argumento, a ferendis matrimonii oneribus. Claudicant tamen ea unilateralia, donec auffera cessaverint dicteria: Die Frau verdienet nichts: Die Frau hat eintodtes Capital Specula, Sax. & Sjev. alia magis conformiter naturæ & institutioni divinæ sentiunt in brocardicis: Mann und Weib haben nicht gezewenet Gut, zu ihrem Leibe: Mann und Weib mügent nicht gehalten kein Gut gezewenet. Huht bey Schleyer: Schleyer bey Huht. Consonant variæ aliæ rationabiles parcemiæ; E. gr. Wenn die Decke beschlagen, sind beyde Eheleute gleich reich: Längst Leib längst Gut: Der letzte thut die Thüre zu, de quibus præter HERTIVM & PISTORIVM, inter multos, HARTMANNVS, GVNDLING, alii. Cumulus videatur in all. diff. Richteriana & add. KRESSIVS de æquitate successionis conjugalis.

§. XIX.

Quæ BRUNQVEL in §§. 7. sqq. de conceptu & juri-
bus ususfructus maritalis habet, nostras non afficiunt pa-
ginas: Docte autem sequentia aperiunt campum, per quæ-
sitionem, quomodo finiatur jus maritalis? ad quam re-
sponderetur distinguendo, inter modos naturales & civiles.
Priores sunt a) mors mariti, b) mors uxoris & c) rei in-
teritus. Civiles indagare appellat Autor negotium diffi-
cile. Ponit pro certis a) b) adulterium & malitiosam de-
sertionem. Habent & hi casus suas vexas, vid. e. gr. BA-
STINELLERI Spec. diff. de jactura dotis ob malit. de-
sert.



fert. ex anno 1755. Separatio a thoro & mensa, quam Lutherus vocat ein *Gespenst*, habet suum dilemma. De c) relegatione distinctius erat sentiendum. De d) dissipatione & abusu brevissimis differitur §. 13. remittendo ad KILDEBRANDI *diss. Altorf. de repetenda dote constante matrimonio. it. Barthianam de marito usufructuario Saxonico.* Succedit e) renunciatio & devenitur a §. d. 18. ad primarium thema, quod est in rubro. Proponuntur §. 17. *seqq.* rationes, quantum ad Autorem, dubitandi. Sunt illæ desumptæ, 1) ab usufructu dotis in genere: 2) a libertate disponendi, marito competente: 3) a matrimonii continuatione: 4) ab usufructus perennitate, etiamsi uxor dotem queat repetere: 5) a communione bonorum. Victoriæ de his argumentis sibi promittit Autor a §. 22. Afferit, inopiam mariti *quasi* dissolvere matrimonium; unde repetitio, supra dicta, dotis, constante matrimonio, quam ad paraphernalia extendit & §. 27. in circulum & petitionem principii vertitur. Argumentum, a communione bonorum, juxta jus commune, nihil valere concedimus, & *paræmiæ: die dem Mann trauet, trauet auch denen Schulden,* non nisi provincialiter & localiter tribuimus pondus.

§. XX.

In §. 32. excitantur Doctores, qui consensere, BRVNEMANN, COLER, BERGER, SCHILTER, LYNCKER & ex professo scribens, MENCKEN *de usufructu mariti ad inopiam redacti, cessante,* quæ tamen pariter limitat. Pronuntiata Dicasteriorum Saxonorum sequuntur & adjecta sunt Responsa, Wittebergense, Lipsiense, Jenense atque Halense. Sed videatur
 C 2 passus



passus ipsius requirentis, p. 25. daß wenn, vivente adhuc marito, über dessen Vermögen ein concursus creditorum entsteht, die Frau das ihrige pleno jure, ad sustentationem ihrer, des Mannes, deren Kinder und Familie zurücke nehmen kan, ubi DD. caterva. Hinc enim fluit temperamenti nostri robur, intuitu nempe illorum, quæ beneficii competentia excedunt limites. Domini Scabini Halenses, ne scribam & reliqui cito procedunt pede & cardinem non plene examinant, imo absolvunt ita: So sind wir der Meynung, daß zwar der ususfructus derer Güther zum concurs nicht zuziehen und solche zu separiren; jedoch aber, falls die creditores contradiciren solten, in judicio concursus ausgemachet werden müsse. B. R. W. Domini Witteb. denegant. auch den geringsten Anspruch, sintemahlen das matrimonium, quoad hæc jura, marito alias competentia, pro quasi rupto geachtet wird. Allegantur leges nonnullæ, quæ nostrum temperamentum non turbant. Domini Jenenses concludunt a deficiente jure mariti ad deficiens jus creditorum; sed id erat in quæstione præjudiciali.

§. XXI.

Satis! modo arduam rationem, quam ex Brunquellianis ipse Autor §. 20. adhibuit, summatim exscribamus & pro ulteriori & inhæsiiva ratione decidendi teneamur. *Addunt*, ita scriptum legitur, *creditores, etiamsi concedendum sit, marito ad inopiam vergente, uxorem illata* (addimus multo magis allata & reservata) *sua bona repetere posse, inde tamen non sequi, plenum usum*



usumfructum marito aut ejus creditoribus subtrahendum esse; uxori enim sufficere debere, si substantia bonorum salva relinquatur ipsique, pro status dignitate atque liberorum numero, alimenta præstentur, cum nec potius ab ipso marito, frugaliter vivente, postulare possit; quod si vero iis contenta esse nolit, iniquissimam ejus esse petitionem, quoniam illa de lucro captando, creditores vero de damno vitando certent. Recte! & adjicimus, quod alias obtineat dictionem: je reichere Frau, desto weniger credit; quod tamen est contra utilitatem publicam, qua feuda & allodia, commercia & artes. Pergimus, es müssen sich solche Ehegatten nicht auf's Zehren und auf die faule Seite legen, id quod in supra allegata determinatione competentia non prætervidebitur. Omni casu causæ & occasiones inopiae veniunt in censum. Decoctores & otiosi spectant ad vulgus profanum. Cogitetur an das Kriechen unter die Weiber-Schürze.

§. XXII.

Succedant nunc varia, ad quaestionem, an & quatenus jura conjugum, moto concursu creditorum, mutantur? quæ tamen brevius & per modum positionum tractabimus. En B. L!

Maritus ad inopiam vergens & creditor amittit curatelam uxoris, maxime qua pecuniaria; nam auctoritas maritalis, in regula, non subvertitur. *Evol. diss. Burcardo - Mantzeliana, de sexu masc. feminini Tutelari, hab. Rost. 1754. item MYLII diss. de Muliere Domina, hab. Lips. 1687. Excipit excipienda C. 2. §. 13.*

C 3

alle-



allegando PVFENDORF. *Elem. Jur. univ. L. 2. obs. §. 9. add.* PALTHENIVS. Maritus ille nequit ergo amplius aliquid in iudicio, vel extra illud, agere, uxorio nomine. Apochas & quietantias quas ergo scripsit, cessiones & retraditiones instrumentorum, nihili aestimantur. Transactiones sunt nullæ: Paucis: nihil amplius valent verba: *In ehelicher Vormundschaft.* Omnia & singula hæc quadrant etiam ad maritum virginis usufr. Meckl. meretur excerpti *de BALTHASAR. l. c. C. 2. §. 55.* de marito uxoris nomine judicialiter, sine mandato agente. Sed dantur nobis causæ, hanc quæstionem, nuper valde controversam, amplioribus paginis relinquere.

§. XXIII.

Liquidans uxor ex mariti attestatis, qua il- & alata, item receptitia nihil obtinebit. Ventilatur hæc quæstio, a LEYSERO, *spec. 320.* & fit arbitraria iudicium quæstio, ex probabilitatibus: uxores ad suppletorium haud adeo difficulter admittuntur. Detur casus & respondebitur.

§. XXIV.

Uxor, ut mater, tenetur hoc casu dotare filias, sumrus studiorum, (quam vocem latius accipimus, semper inter filium Studiosum & hominem distinguentes) filiis erogare & tribus, quævis pecuniaria, in domo & familia præstanda, in se recipere. Omnia, secundum assertiones superiores.

§. XXV.



§. XXV.

Culpa foret lata, si hoc loco non memoraremus singularia Juris Mecklenburgici, qua lucrum dotis, die *Ländliche Verbesserung*, quam, in *spec. diff.* depinxit, B. STRUVIUS IC. *Kilon. Resp. Aut. Dn. FLAHT, concive nostro*. Obvenit, circa illam insignis mutatio juris conjugum, ob motum concursum creditorum. Fundata est eadem in *Ord. Jud. Aul. Prov. P. II. tit. 45.* & uxori, concursu creditorum, vivente marito excitato, denegatur die *Verbesserung*. Commentarius distinctionem, inter *Ehefrau & Wittwe*, excolens, legatur ex *Jure Mecklenb. illustrato, Cent. 4. jud. 2.*

§. XXVI.

Quid, passim, in juribus particularibus, obtineat, conscribere non vacat; imo superbum laborem esse illum, quando de puncto quodam juris corraduntur omnis orbis differentia, statuimus. Jus Lubecense, quia est in civitatibus quibusdam Mecklenburgicis, utut passim per sinistram viam, introductum, respicere habeo. Invenio itaque, qua jura conjugum, per concursum creditorum, mutata, considerandum illud ita vocatum *Dachding's Recht*. Tractavit illud jam beatus Dn. WIEDEMANN, in *disp. inaug. Rost. de vidua, vel uxore Lubec. per cessionem illatorum, se suaque futura bona salvante, ad art. 10. Tit. 1. Lib. III. speciatim ejus verba: sich bergen und Dachding's auftragen. hab. 1754.* Scribitur, communionem bonorum conjugalem esse, de jure Lub. in suis limitibus, notoriam. Obligat illa uxorem, tempore



tempore concursus haud improlem. ad solutionem aëris alieni maritalis. Tam graviter disponit *Lib. I. tit. 5. art. 9.* Jus Lub. wann sie aber noch in den Jahren, darin sie Kinder gebähren kan, so muß, gemeldeter Brant: Schaz, wiederum an gewisse Derrer beleet werden, &c. Praxin, huius duriusculi passus, probant exempla. *Vid. Jus Meckl. ill. Cent. 4. §. 77.* Consilium & remedium hæc contra est in art. rubri, qui concedit, viduæ & per interpretationem benevolam uxori, sich mit Vormündern zuversehen, in sechs Monaten sich zu bergen und Dachsding aufzutragen. Probata comprehensione uxoris, vivente marito, a §. 14. alteratur jus conjugum, moto concursu, observatis observandis. Non solum interpretes consentiunt, sed & pronuntiatum Magnif. Senatus Lub. §. 15. In Sachen Bruhns Ehefrau, contra Curatorem bonorum, ex anno 1751, quæstionem extra aleam ponit. Curator condemnabatur in expensas, post verba: von aller Ansprache, ihres Mannes Creditorem befreyet. Reliqua legantur in allegatis refertissima diss. quæ remittit ad *Jus Meckl. & Lub. illustratum, Cent. 5. jud. 34.*

§. XXVII.

Allegavimus, in superioribus *diss. Altorf. B. HILDEBRANDI de repetenda dote, constante matrimonio: Accedit Streckeriana Erfordina, ex anno 1735, de causis, quæ maritum ab usufructu bonorum excludunt.* Prior non est in continenti ad manus. Posterior non habet nostræ disp. casum principalem, de usufructu, nisi paucis.

Grates



Grates interea habemus auctori, quod §. 8. nonnulla tetigerit, quæ & huc referri, per analogiam, queunt, e. gr. indago, quatenus maritus sæviens amittat usumfructum. Passus de edictaliter citato latitante (etiam ob debita) marito. Quo loco nobis incidit, an citatio conjugis, ex alia causa, possit, in casu non-comparitionis trahi ad effectus divortii? id quod de praxi negamus. Penult. §. paucis allegatur confiscatio bonorum maritalium, usufructui finem imponens. Plura non dantur.

§. XXVIII.

Sufficere queunt, hæcenus scripta, dissertationi academicæ. Humanissima desuper fiat disquisitio & si uni vel alteri, Dominorum dissentientium, placet, ventilentur, problematice, quæstiones:

I. An pacta dotalia, moto concursu, robur suum amittant?

II. Num unio prolium cesset & rumpatur, quando conjux bonis labitur?

T A N T V M.



D

CON-

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

M V F N A T



1000

11



CONSULTISSIMO,
DOMINO
DOCTORANDO,

S. PL. D.

PRAESES.

Gratulor Tibi, Vir Consultissime! de studio iuridico, quod, Tibi gradum Doctoratus tribuere, meretur omnino. Gratulor Illustri Domino Patri, Assessori Ill. Aulico-Provincialis Dicasterii longe meritissimo, Fautori & Amico meo æstimatissimo Matricque venerabili: Est mihi singulare gaudium, quod ego, qui Ill. illum Tuum Dominum Parentem, quam Tu nondum natus eras, in Doctorem Juris promovendi honorem habui, jam Filium egregium eodem gradu ornare detur. Quamvis enim inde argumentum senectutis fluat evidens, tamen contentus sum, quod absolverim annos & Soli Deo Gloria! Sufficerent hæc lineæ, ad substantiam, modo addiderim vota, pro Tua salute perenni; sed indicat Typographus, Tuam dissertationem inauguralem habere, in plagula ultima, spatium patiens accessionem. Quandoquidem igitur ego soleo interdum, præter verba honoris, in epistolis aliquid the-

D 2

maticis

matris brevissimis tractare, stans pede in uno, data ex
Tuæ disp. §. 1. occasione, adjiciam fugitiva nonnulla, de
Ritibus Sponsaliorum & nuptiarum Mecklenburgensi-
um. Lubenter de iisdem scriberem integram dissertatio-
nem, unde sequitur, quod summaria tantum queant,
B. L. hoc loco expectare. Jus Meckl. matrimoniale, sub
Consult. Dn. Doctoris Schræderi & meo nomine prodiit;
Habet illud opusculum plura, quam quæ, hac vice, sub
complexu rituum comprehendendo. Unicum inde decer-
pam, nempe von dem Meckl. Habbe-Schilling, vid. p. 50.
Sereniss. Dux ULRICUS gl. m. illam cudi manda-
bat monetam. Habet illa magnitudinem grossi: est ex
puro argento. Refert eadem uno in latere, insigne pri-
mariatum Meckl. cum litteris V. H. Z. M. ex altera lite-
ram S. cum signo dissecante I. id quod legendum: Ein
Stempel, i. e. drey Sechslinge. Unde dicitur: dree
Söslinge is de olde Koop. Legatur, si placet, etiam
qua verba marginum: Der Seegen des Herrn machet
reich, und er giebt es wem er wil. Bis habui: bis ab-
stulerunt fures. Sed e re erit conceptum rituum suis
includere limitibus. Notio illa videtur magis inclinare
ad ecclesiastica, quam ad politica, sed tit. ff. de ritu nu-
ptiarum, imo ipsum adverbium: rite patiuntur latitu-
dinem. Habentur, de hoc conceptu speciales scriptores,
quos allegare non vacat. Fertilissima mater, consue-
tudo habet multos liberos, genuinos & degeneres. Ve-
niat Apollo & faciat definitiones, juxta differentias
specificas, observantia, styli curia, schlentriani, cæri-
monia, solemnitatis, des Herkommens, der Usance,
der Mode, des Boock's-Beutels, communis opinionis,
moris majorum, Trituræ forensis, derer Complimen-
ten &c. &c. Historia litteraria inserviet studio, & mihi
est specialis bibliotheca de his solis entibus. Constat
omnino

omnino, Ritus esse vel legales, vel præterlegales; vel conservandos vel merito abrogabiles. Quæ ritus sponsaliorum atque nuptiarum, videantur leges & Ordinationes ecclesiasticæ. Ego tantum de nonnullis Mecklenburgicis, præterlegalibus, hac vice cogitavi. Refero, ad eos, sequentes ex parte merito mutabiles; quorum nonnulli sunt universales, aliæ specialiores. De Mecklenburgicis a pueritia mea notatis, sermo est. Romanorum solemnia, confarreationum &c. nihil moramur: Germanica videantur in collectoribus Juris Germ. Variorum Gentium, ex parte nenas, eleganter collegit, B. HILDEBRANDVS. Accipiantur fronte serena, sequentia:

- a) Die Braut geht, mit einem besondern Aufpuß, des Sonntags, vor der Hochzeit, ad Sacra, und in dem halben Puz geht sie des Sonntags darauf zur Kirchen.
- b) Am Copulations-Tage wird, auf dem Thurm gebeuert.
- c) Das Lied: Wie schön leuchtet der Morgen-Stern, wird, wunderlicher Weise, gesungen. Ord. Eccl. Meckl. Rev. omnia alia præscribit. Sed nostri Pastores copulantes varia mutarunt.
- d) An einigen Orten wird, nach der Zusammengehung, anstößigermassen, zwischenher gesungen: Du süße Liebe, schenck uns deine Günst ic. Mit Vorbeylassung derer vorigen Verse. Rectius in desuetudinem abiit passus ille Ord. Eccl.
- e) Einige Pastores copulantes treiben, unter dem Gebete: Herr Gott der du Mann und Weib ic. die strenge Auslegung, derer Hände. Ord. Eccl. disponit: Sie recke er die Hände über sie ic.

f) Die Braut wird, an einigen Orten, ins Bette
gesetzt.

g) Am Tage nach der Hochzeit, welcher eigentlich
merklich, bürstet die Braut die Gäste, unter einer
Geld-Sammlung. *Symbolice hæc talia solebant
explicari.*

h) In demselben gehen die jungen Eheleute, mit ihren
Gästen, unter klingendem Spiel, das ganze Dorf
durch und sammeln sich, auf Gaffeln, Geschenke,
von Victualien, Flachs &c. Es werden, nach der
Jahrs-Zeit Apfel und Nüsse in die Grabbel ge-
worfen.

*Temporum variationes, ut accepi, multa ob per-
nuriam, quibus ego ut puer interfui, mutarunt.*

i) Am Tage, nach der Hochzeit tanzet die, als Jung-
frau verheyrathete, mit denen unverheyratheten,
in dem Reihen, im, zum Theil, gestrigen Schmu-
cke; die Weiber aber lauren in einer Abseite, thun
endlich einen Ausfall und nehmen die junge Frau
gefangen; heben den Schmuck ab und treten mit
ihr zum Tanz hervor, nachdem sie ihr eine Mütze
aufgesetzt haben: die jungen Leute weinen und
heulen.

*Iterum, scribo, me olim talia gaudia symbolica sa-
tis vidisse: Forte cessarunt ad-jussus, etiam, per calamita-
tes & secundum illud: sine Cerere etc. Observavi va-
riantes & locales quasi ceremonias. Eatur Warnomun-
dam, visum seriem rituum hujus thematis. Accepi ante
aliquot annos, novum, tunc fide digna manu scriptum,
s. r. Nachricht, von den Verlobungen und Hochzeiten
in der Bieskowschen Gemeine. Vah! quanti actus
quan-*

quantaeque scena! quas pagina haec non capit. Bina tamen extremo tangam digito, nempe, daß wenn die Braut oder der Bräutigam über Feld kommen, auf der Gränze Mörbrot, aus Küffen: Bühren, welche die Jungfrauen bringen, gegessen; und Bier aus Potkannen, die zu Pferde, von denen Junggesellen herbey gebracht, getruncken werde. Item, daß die Braut denen Gästen, anfangs, in blossen Hemds: Mauen über Tische aufwarten müsse. *Spectatum admissis quid videbitur? Ordinationes politicae, Meckl. volunt legi pariter ac edicta specialia. Resistitur luxuriae & impiis moribus, alia tolerantur. Quam vellem licere, ut amplior essem & qua hoc objectum loculos meos Mecklenburgicos excuterem. Emerget forte alia occasio. Pollicey! Pollicey! Nonnulla antiqua, nempe posteaquam toties redierant, devicta tandem sunt, & quidem adeo, ut interpretatio veterum ordinationum fiat difficilis. E. gr. detur commentarius, ad Ord. Pol. Meckl. de 1506, qua tit. Van der Brudt: Hanen affestlinge, in Steden unde Dörpern. Convivium fuisse, palpatur, & vicinus est titulus, van Hanen: Bere up den Dörpern, sub quo legitur: idt schal ock henvör dat Hanen: Beer entlyt afgestelt syn. Notetur particula: entlic, excitans ideam pertinaciae & pericula Ord. Pol. quae etiam in proverbium abierunt. Superest serpens nomen des Hanecken: Beers; sed qualis illa? credo quod sit primaria, haurienda ex vasis, per orichalceum epistomii canalem, quem ob aliquos flexus vocant einen Bier: Hahn: secundaria igitur dicta, cujus effluxui regulariter infixus tantum ein hölzerner Zapfen, dergleichen die von Gelagen abziehende Gäste auf die Hüte steckten, zum Zeichen, daß alles ausgehoffen. Sed, coercendus est calamus: Redibo igitur ad gratulationem & votum, modo adhuc bina tetigerim.*

a) Pla-

a) Placent mihi, scripta in disp. de displicentia dispensationis privatæ, qua parastatas, dixerit Beystände, qui testium vices gerunt & communes fiunt, per mutationem stationis, de qua ibidem. Aut requirebatur lex, aut petenda erat dispensatio: Tertium - - - sed videantur patrini.

b) Displicuit mihi semper, quod, inter solemnia benedictionis, non oretur das Vater Unser, quod in nullo exemplo liturgico abest.


De vestibus festivis, von denen Feyer: oder Hochzeitlichen Kleidern, quas hospes distribuere debebat, alia occasione, etiam ad illud: Freund! wie bist du herein gekommen? Tribus: erant vestimenta generalia, ad illorum ideam, quibus inceditur en Domino. Italici hoc est idiomatis. In genere vox Hochtyd, majoribus nostris, denotat omnia festa; e. gr. up. Hochtyd. Pinyten. Possideo, inter curiosa mea qualiacun que, antiquum libellum, Joach. Westphali, Past. Sangersh. impressum. Isleb. 1565. in 8. f. t. Predigt, von dem Wörslein: Hochzeit.

Tantum; modo nunc scripserim, quod Te, Vir Con-sultissime! valere jubeam, in Dei sanctissimi gloriam, in chlytæ familie ornamentum, Reip. & proprium commodum. Dab. Rostochii, die octava Maji, anni MDCCLX.



Rodstock, Diss., 1759-76

X 228 42 89



DISSERTATIO INAUGURALIS,
IVRIDICA,
DE QVAESTIONE:
**AN ET QVATENVS IVRA
CONIVGVM, MOTO CONCVRSV
CREDITORVM, MVTVR?**

QVAM,

DEO T. O. M. CLEMENTISSIME ANNVENTE:
EX DECRETO AMPLISSIMI ICTORVM ORDINIS,
IN ACADEMIA PATRIA,

PRAESIDE,

P. 99
DN. D. ERN. IO. FRIED.

Mantzelu,

DVICALI CONSILIARIO ET PAND. PROF. ORD. TOTIVS ACAB.
ET FACVLT. IVRID. SENIORE ATQVE AD
H. A. DECANO,

ANNO MDCCLX. D. XIII. MAJI,

H. L. Q. C.

PRO IMPETRANDIS SVMMIS IN
IVRE HONORIBVS,

DEFENDET

IOACH. HEINR. CHRISTIAN,
KRVEGER,

GVSTROV. MEGAPOLIT.

SVPERIOR. MECKLENB. IVDIC. PROVINC. ADVOCATVS
ORDIN.

ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS,

